



# Boletín Oficial

DEL

## Obispado de Osma.

Año LX.

26 DE MARZO DE 1919.

Núm. V.

---

SUMARIO: Breve Apostólico en favor de los Santos - Lugares.—Secretaría de Cámara: Colecta de Viernes Santo.—S. C. Consistorial: Decreto sobre clérigos emigrantes.—Crónica Diocesana. Órdenes Sagradas; Santas Misiones: Asamblea de la Federación; Inauguración de una sucursal de la Caja provincial de Ahorros.—Suscripciones.—Necrología.

---

Breve Apostólico en favor de los Santos Lugares.

---

## BENEDICTUS PP. XV

---

Ad perpetuam rei memoriam.—Inclytum Fratrum Minorum conditorem, Franciscum Assisiensem in Palaestinam se contulisse et Sepulcrum Domini invisis se argumentis constat adeo certis et illustribus ut in dubium vocari non liceat. Nec minus consentiunt historici hoc iter ab eo habitum esse MCCXIX, cum fere biennio ante, alumnos aliquot in Syriam mississet, qui Iesu Christi Evangelium, ubi primum insonuit, praedicando propagarent. Ex eo tempore usque ad hanc diem Fratres Minores ibi sine ulla intermissione manserunt, obtinentes Provinciam Terrae Sanctae omnium quidem totius Franciscalis Ordinis nobilissimam, quam Patriarcha sanctissimus fundaverat. Palaestinensis autem.

quae divinus ipse christiani nom inis Auctor consecra-  
vit, augusta religionis monum enta. Dei providentis  
consilio accidit ut et in manus Ecclesiae catholicae  
jure dominii et proprietatis cederent et Ordini Fra-  
trum Minorum conservanda ac tuenda committeren-  
tur. Etenim magna semper exstitit erga Fratres Mino-  
res, qui in Palaestina pro Christi gloria elaborarent,  
benevolentia Sedis Apostolicae: quam benevolentiam  
tum declarant Gregorii IX Apostolicae Litterae *Si Or-  
dinis Fratrum Minorum*, anno MCCXXX datae quibus ii  
Patriarchae Hierosolymitano et Antiochemo comen-  
dantur; tum non obscure hoc indicat quod pluries ad  
*Soldanos* Aegypti pro christianorum defensione apos-  
tolicas legationes obierunt. Eademque de causa Loco-  
rum Sanctorum possessionem mature nacti sunt, ac  
semper deinceps Romani Pontifices occasione oblata,  
privilegium eisdem Fratribus eadem Loca custodiendi  
confirmarunt. Ita Clemens vi in Constitutione *Gratias  
agimus* die xxI novembris MCCCXLII; Martinus v in  
Constitutione *Ad assiduum* die vii iuli MCCCCXX: Inno-  
centius xi qui in Constitutione *Exponi nobis*, anno  
MDCLXXXVI edita, haec habet: «Sancta Loca Palaesti-  
nae, sive Terrae Sanctae, ac presertim sanctissimum  
«Domini Nostri Jesu Christi Sepulcrum, quemadmo-  
«dum antehac per Fratres Ordinis Minorum ex huius  
«Sanctae Sedis Apostolicae concessione custodita fue-  
«runt ita in posterum quoque ab iisdem Fratribus cus-  
«todiri, regi et gubernari, auctoritate Apostolica, teno-  
«re praesentium statuimus et ordinamus». Quam va-  
rium vero et quam multiplex munus sit Fratribus Ter-  
rae Sanctae Custodibus, quantorumque laborum ac  
sumptuum, nemo est qui ignoret. Eorum est enim et  
divinum tueri cultum in sanctuariis Hierosolymae, Be-  
thleem, Nazareth aliisque; et peregrinos undique, pie-  
tatis causa, advenientes gratuito hospitio accipere. et  
catholicis latinis ex Judaea, Galilaea, Syria, Ægypto, ac  
Cypro curam animarum impendere, scholis, orphano-

trophiis praesidiisque eiusmodi adiunctis; et sacras Missiones ad infideles et acatholicos, maxime in Syria superiore et in Armenia constitutas, exercere. Iam molestias et incommoda omne genus ab iis hoc tanto tempore tolerati non facile quis explicet. Complures numerantur, qui ex iis pro fide catholica vitam profuderunt; plurimi autem qui pestilentia affectis inseriendo caritatis martyres occuberunt. Merito igitu fel. rec. Pius IX anno MCCCCXLVI in Apostolicis Litteris *Romanorum Pontificis* ita eos dilaudavit: «Romanorum Antistitum curis praeclare responderunt Sancti Francisci alumni, utpote qui nihil plane laboris atque aerumnarum neque ipsius vitae discriminem recusarunt, quo commisso officio satisfacerent». Similiter fel. rec. Leo XIII in Apostolicis Litteris *Salvatoris ac Domini*, die xxvi decembris MDCCCLXXXVII datis: «Pontifices iam a vetustissimis temporibus ea ad loca, praetioso Humanati Verbi sanguino purpurata, oculos convertentes, catholicorum nominis gentes ad Christi Sepulcrum recuperandum excitarunt, et postquam illud denuo in infiduum ditionem cecidit, et Fratribus Minoribus S. Francisci Assisiensis tantummodo licuit ea asservare, numquam destitere quin, quacumque ope posunt, custodiae saltem consularent et Fratrum eorundem, quos neque persecutionum, neque vexationum, neque saeva crueiatum discrimina tanto unquam ab inicio deterruerunt, praesentibus necessitatibus pro re ac tempore providerent».

Cum autem qui Loca Sancta custodiunt, Franciscales opus in manibus habeant maximi impendii, cui quidem ipsi se inopes suppeterem non possunt, admiranda sane est divina benignitas quae catholicorum ex omni ordine largitatem in eorum subsidium excitare numquam destitit. Quo in genere Romani Pontifices nimirum ceteris anteire visi sunt, non solum pro sua ipsorum facultate opitulando, sed etiam vel praecipiendo ut in unaquaque orbis catholici dioecesi cer-

tae collationes pro Terra Sanctae necessitatibus fierent, vel communi pietati in eamdem causam, propositis quoque Pontificalis Indulgentiae muneribus, stimulos addendo.

Haec Nos commemorata volumus, septimo iam exeuute saeculo, ex quo Seraphicus Patriarcha in Palestinam venit; eo magis quod, considerantes quemadmodum his difficillimis temporibus Fratres Minoris in Terra Sanctae custodia se gesserint, eos videmus suorum maiorum laudibus omnino dignos extitisse.

Quare cum sanctam et salutarem eorum operam magnia Nobis fieri profitemur, tum quam habent a decessoribus Nostris demandatam sibi curam Loca Sancta custodiendi, eam libentissime eisdem confirmamus cum omnibus iuribus, privilegiis et iudgentiis quibus usque adhuc usi sunt. Postremo tamquam *exclusivam* habentes normam a fel. rec. Leone XIII in Litteris, quas diximus, *Salvatoris ac Domini* traditam, Locis Sanctis subveniendi, quod is ibidem decrevit, idem Nos de Apostolica Nostra auctoritate decernimus «ut venerabiles fratres Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi et alii totius terrarum orbis locorum Ordinarii, sub sanctae obedientiae vinculo curare teneantur; ut respective in cuiuscumque dioecesis parochiali ecclesia, una saltem singulis annis vice, nempe feria sexta maioris hebdomadae, vel alio ad uniuscuiusque Ordinarii lubitum similiter tantum quotannis eligendo die, fideliū caritati Sanctorum Locorum necessitates proponantur. Pari autem auctoritate expresse interdicimus, atque prohibemus, ne quis audeat vel praesumat eleemosynas pro Terra Sancta quomodo libet collectas in alios usus convertere atque immutare. Propterea iubemus, collectas, ut superius dictum est, eleemosynas parochum Episcopo, Episcopum tradere proximiori Ordinis S. Francisci pro Terra Sancta Commissario; hunc autem curare volumus ut

«eaedem quam citius Hierusalem ad Sanctorum Lo-  
corum Custodem, ut moris est, transmittantur».

Has Litteras firmas et validas haberi volumus et iu-  
bemus, contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo  
Piscatoris die IV octobris, in festo S. Francisci Assi-  
siensis, anno MCMXVIII, Pontificatus Nostri quinto.

BENEDICTUS PP. XV,

*Pont. Max.*

P. CARD. GASPARRI  
*a Secretis Status.*

---

## SECRETARIA DE CÁMARA

### COLECTA PARA LOS SANTOS LUGARES

En cumplimiento de las disposiciones pontificias tan encarecidamente renovadas en el anterior Breve de S. S. Benedicto XV, el Ilmo. Prelado manda a los señores encargados de Iglesias que en el día de Viernes Santo hagan en ellas la acostumbrada colecta para los Santos Lugares, ponderando a los fieles la excelencia singular de esta limosna.

Los donativos se enviarán al M. I. Sr. D. Pedro del Pozo, Comisario de la Obra Pía de Jerusalén.

Burgo de Osma, 23 de Marzo de 1919.

*Dr. Felipe García Escudero.*  
Arced. Secretario.

---

## SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

### DECRETUM

#### DE CLERICIS IN CERTAS QUASDAM REGIONES DEMIGRAN- TIBUS

Magni semper negotii fuit clericorum receptio ex dissitis vel transmarinis locis provenientium: talibus

adjunctis deceptiones et fraudes facile occurruunt, easque detegere in tanta locorum distantia ac sermonum diversitate diutini laboris est ac difficile. Unde Alexander III in consultatione ad Episcopum Cenomanensem, *statuta Patrum veterum* renovans, de clericis in remotis regionibus ordinatis, itemque de transmarinis statuit «ut ad minus quinque Episcoporum super ordinatione sua testimonio muniantur», Quae lex, relata in Decretalibus, tit. 22, lib. I. ius commune per plura sacula constituit.

Nostra autem aetate, itineribus trans Oceanum communioribus et frequentioribus factis, novae leges pro clericorum ex Europa ad ea loca migrantium latae sunt, et ultima vice per decretum *Ethnographica studia*, quibus plura iuxta temporis adiuncta fuerunt disposita; quae ubi accurate observata fuero, valde in animarum bonum profuisse exploratum est.

Attamen, interea temporis, experientia docuit aliquid in hac re ulterius addi oportere aliaque tempore rari, ut salutarium priorum decretorum finis plenius ac facilius attingi queat:

Accessit publicatio Codicis canonici iuris, cui quantum fas erat, coordinari oportebat peculiaris haec lex de clericis trans Oceanum migrantibus.

Habita idcirco ratione votorum plurium Americae Antistitum, perpensisque quae a Nuntiis et Apostolicis Delegatis relata fuerunt, Emi. S. huius Congregationis Patres, postquam de mandato SSmi. D. N. Benedicti XV omnia diligenti examini subiecere, haec statuenda censuerunt.

#### CAP. I.

Integra lege Sacrarum Congregationum de Propaganda Fide et pro negotiis Orientalis Ritus circa Sacerdotum huius ritus migrationem, quoad alios haec in posterum observanda erunt:

1. Pro sacerdotibus ad longum vel definitum tem-

pus aut in perpetuum ex Europa, vel ex Mediterranei oris ad Americam vel ad insulas Philippinas migraturis, fas esto Episcopis, non vero Vicariis Generalibus aut Capitularibus, litteras discessoriales concedere, hisce tamen servatis conditionibus:

a) ut agatur de sacerdotibus cleri saecularis ex canonico titulo sibi propriis;

b) ut hi post ordinationem suam saltem per aliquot annos dioecesi deservierint;

c) et intra hoc tempus, sicut antea in Seminario, intemeratae vitae certum argumentum praestiterint et sufficienti scientia sint instructi, adeo ut solidam spem praebeant aedificando verbo et exemplo populos ad quos transire postulant, et sacerdotalem dignitatem nunquam a se maculatam iri, prout iterato praecedentibus decretis Apostolica Sedes praeprescrivit;

d) dummodo ad migrandum iustum habeant causam. e. gr. desiderium se addicendi spirituali adsistentiae suorum concivium vel aliorum illic commorantium, necessitatem valetudinis curandae, vel aliud simile motivum, cohaerenter ad ea quae canon 116 Codicis in casu excardinationis requirit;

e) sub lege, *quae sub gravi ab utroque Ordinarii servanda erit*, ut Episcopus dimitens, antequam licentiam ac discessoriales litteras concedat, directe pertractet cum Episcopo *ad quem*, illumque de sacerdotis aetate, vita, moribus, studiis et migrandi motivis doceat, ab eo requirat, an dispositus sit ad illum acceptandum et ad aliquod ecclesiasticum ministerium eidem tribuendum quod in simplici missae celebratione consistere non debet, quoties migrans sacerdos aetate iuvenili et integris viribus polleat: neque licentiam et discessoriales litteras sacerdoti ante concedat quam responcionem ad utrumque affirmativam assecutus sit:

f) Episcopus autem *ad quem* exhibitum sacerdotum non acceptet, nisi necessitas aut utilitas Ecclesiae

id exigat vel suadeat, aut alia iusta et rationabilis causa intercedat.

2. Discessoriales litterae non communi sed specifica forma conficienda erunt, hoc est, exprimere debent consensum sive temporaneum, sive perpetuum vel ad beneplacitum Episcopi dimentis, acceptationem Episcopi *ad quem*, et notas sacerdotis individuas, aetatis scilicet, originis, aliasque, quibus persona describatur, adeo ut nemo circa eius *identitatem* decipi possit, aliter autem confectae litterae nihil valeant et nullae habeantur.

3. Firma manet praescriptio in decreto *Ethnografica studia* statuta, quo Italiae Ordinarii relevantur ab onere dimissoriales litteras, de quibus in superiori articulo sermo est, conficiendi; sed peractis iis quae sub n. 1 statuta sunt, rem referent ad sacram hanc Congregationem, quae licentiam scripto dabit cum utroque Ordinario communicandam.

4. Idem statuitur pro Episcopis Hispaniae et Lusitaniae, hac una differentia, quod onus licentiam concedendi attribuitur et reservatur Apostolicae Sedis apud eas nationes Legato.

5. Qui hisce litteris vel licentia carent, ad sacri ministerii exercitium admitti ne quibunt: qui vero iis pollent, admittentur etiam in locis transitus. nisi peculiaris aliqua extraordinaria ratio absistat, si ibidem infirmitatis aut alia iusta causa commorari parumper coacti fuerint.

6. Hisce servatis normis aliis que quae in tit. 1, lib. I., Codicis statutae sunt, sacerdotes ex Europae dioecesis dimissi in Americae et insularum Philippinarum dioecesis, utroque Ordinario consentiente, incardinari etiam poterunt.

7. Sacerdotes ex Europae dioecesis dimissi ex una in aliam Americae et in sularum Philippinarum Dioecesim transire poterunt, Episcopo *a quo* discedere desiderant et Episcopo *ad quem* pergere optant consen-

tientibus, servatis in substantialibus normis sub nn. I et II positis, et docto quamprimum Ordinario sacerdotis proprio, vel, si agatur de sacerdotibus Italisch, Hispanis et Lusitanis, S. Sedis officio a quo prima demigrandi licentia promanavit. Obligatio autem docendi Ordinarium sacerdotis proprium vel S. Sedis officium spectabit ad Episcopum qui sacerdotem in sua nova demigratione recepit.

8. Curae et sollicitudini Ordinariorum Americae et insularum Philippinarum enixe commendatur ut provideant quo emigrati sacerdotes in domibus privatis vel in diversoriis, sive publicis hospitiis, non commorentur, sed in aedibus ecclesiasticis ad rem instructis vel instruendis, aut penes aliquem parochum vel religiosos viros: quod si absque legitima causa parere recusent, eos post factam monitionem peremptoriam amissae celebratione interdicant.

9. Religiosi, dum in sua religione perseverant, trans Oceanum ad alias suae religionis domus mitti a suis superioribus valebunt, hac una lege servata, super cuius observantia superiorum conscientia graviter oneratur, ut agatur de Religiosis qui sint bonaexploratae que vocationis et studiis ecclesiasticis bene instructi; adeo ut retineri tuto possit, in bonum animarum et aedificationem fidelium eorum missio-  
nem esse cessuram.

Religiosi exclastrati, pro tempore quo extra con-  
ventum morantur, et religiosi saecularizati eadem te-  
nentur lego ac clerici saeculares.

## CAPUP. II.

11. Clerici saeculares, qui ex Europa vel ex Medi-  
terranei oris in Americam vel in insulas Philipinas ad  
breve tempus, *semestre* non excedens, pergere cupunt,  
acceptatione non indigent Ordinarii illius loci, vel  
illorum locorum ad quae proficiscuntur, prout pro-  
diuturna vel stabili conmoratione requiritur.

12. Sed debent:

a) iustum honestamve causam itineris suscipiendo habere, eam Ordinario suo p̄tefacere, ut discessorias litteras ab eo impetrare valeant.

b) muniri discessorialibus literis Ordinarii suī, non in forma communi, sed in forma specifica, cohaerenter ad ea quae superiori num. 2 praescripta sunt, causa temporanei itineris et spatio temporis in indulto indicatis;

c) reportare S. Sedis beneplacitum, quod dandum erit vel ab hac S. Congregatione, vel ab Apostolicae Sedis Legatis, in locis ubi hi adsint; nisi urgens aliqua causa discessum absque mora existat: quo in casu in litteris discessorialibus id erit exprimendum;

d) in quolibet casu instrui sufficienti pecuniae summa nedum pro itinere decenter suscipiendo, sed etiam pro regressu: ad quem finem Ordinarius cavere debet, ut summa ad revertendum necessaria deponatur penos aliquam nummulariam mensam, aut alio modo tuta sit. ne ulla reversioni obstet pecuniae difficultas.

13. Religiosi exclaustri, durante exclaustriationis tempore, et religiosi soecularizati hac ipsa lege tenentur.

14. Expirato spatio temporanei indulti, si quis ex infirmitate aut alia iusta vel necessaria causa redire non valeat, Ordinarius loci licentiam prorogare poterit, docto tamen statim Ordinario sacerdotis proprio et S. Sedis officio, a quo beneplacitum discessus datum fuit.

CAPUP. III.

15. Leges de sacerdotibus migrantibus latae eos quoque attingant sacerdotes, qui, aut in itinere transmarino aut in externis commorationis locis, Europa minime excepta, agricolis aliisque operariis demigrantibus suum praestant ministerium, sive curam hanc sponte sua suscipient, sive ad hoc assumantur officium

ab aliquo ex iis *Operibus*, quae in migrantium commo-  
dum providenter hac nostra aetate instituta sunt.

16. Sacerdotes qui, his legibus non servatis, teme-  
re arroganter que demigraverint, suspensi a divinis  
ipso facto maneat: qui nihilominus sacris (quod Deus  
avertat) operari audeant, in irregularitatem incident;  
a quibus poenis absolvi non pessint nisi a Saera hac  
Congregatione.

\* \* \*

SSmus. autem D. N. Benedictus PP. XV resolutio-  
nes Emorum. Patrum ratas habuit et confirmavit, eas-  
que publici iuris fieri iussit et ab omnibus ad quos  
spectat ad unguem ex conscientia servari, ceteris praes-  
criptionibus quae in decreto *Ethnografica studia* conti-  
nentur cessantibus, et contrariis quibuslibet minime  
obstantibus.

Datum Romae ex S. C. Consistoriali, die 30 decem-  
bris 1918.

✠ C. CARD. DE LAI, Ep. Sabien., *Secretarius.*

L. ✠ S.

† V. Sardi, Archiep. Caesarien., *Adssessor.*

---

## CRÓNICA DIOCESANA

---

### ORDENES SAGRADAS

---

El Ilmo. Prelado las confirió en la Santa Iglesia Catedral el día 15, sábado de Temporas, siendo promovidos los Señores siguientes: Don Rufino Vellozillo Aragorcillo, al Subdiaconado; D. Félix Losada Sánchez, D. Maurilio Herrero Izquierdo, D. Terencio Sanchez García, D. Pascual Frías Alonso, D. Nicéforo Olla Galán y D. Pompeyo Zabaco García, al Diaconado, y un R. Misionero, C. M. F. al Presbiterado.

---

## SANTAS MISIONES

*Rabanera del Campo.*—Desde el día 15 al 23 del pasado Febrero se celebraron las Santas Misiones en esta Parroquia, bajo la dirección de los R. R. P. P. Felicísimo Rivero y Juan Echevarría, C. M. F.

Los piadosos ejercicios estuvieron concurridísimos, asistiendo tambien muchos fieles de los pueblos circunvecinos, venciendo la inclemencia de la atmósfera.

Hubo actos especiales de comunión de niños, niñas y jóvenes, y por último la general, a la que se acercó todo el pueblo, en el que no pasando de 100 las personas de comunión obligatoria, se distribuyeron durante las Misiones más de 380.

Resumen, un alto ejemplo de religiosidad del que es lástima desdiga alguien que no era el menos obligado a darle.

¡Que el Señor recompense al Ilmo. Prelado y a cuantos han cooperado a este tan eficaz medio de nuestra santificación!

---

## ASAMBLEA DE LA FEDERACIÓN CATÓLICO-AGRARIA

---

Presidida por el Ilmo. Prelado se celebró en Soria el día 10 del actual la primera Asamblea de la Federación Diocesana.

Por la mañana tuvo lugar el acto en los amplios salones de la Diputación Provincial que resultaron insuficientísimos para contener a las Comisiones oficiales, eclesiásticas y civiles de la Ciudad y Provincia, a los delegados de los Sindicatos federados y al numeroso público que espontáneamente acudió.

El celoso Presidente de la Federación, D. Leandro Martínez, leyó una hermosa memoria, cuyos puntos principales fueron la moralidad, crédito y constit-

ción de la Caja de Ahorros y Préstamos Sindical, terminando con poner en gráfico relieve las ventajas de la Asociación Católica, tan recomendada por nuestros Supremos Pontífices y Prelados.

Satisfechas algunas atinadas observaciones del señor Párroco de Andaluz, D. Plácido Alvarez, se procedió a la renovación reglamentaria de la Junta, siendo reelegido el Sr. Las Heras, y designados los Sres. D. Leopoldo Ridruejo y D. Francisco Acebes.

El Ilmo. Prelado habló ponderando la fecundidad del Sindicato Católico, flor del arbol de la caridad cristiana, y esperanza de la paz espiritual y bienestar material.

El presidente dió las gracias al Prelado y a los Asambleistas, levantándose la sesión en medio del mayor entusiasmo.

La sesión de la tarde se celebró en la Plaza de Toros, único local capaz de contener los millares de espectadores, deseosos de participar en la Asamblea: se calculan en cerca de 3000 personas de todas las clases sociales, especialmente labradores.

Concedida la palabra al Sr. Presidente, señaló el progreso de la Federación, que constituida en 1914 por 14 Sindicatos, contaba 78 en el día: cuyo movimiento general de fondos ha sido de 1. 244. 287'17 pts. con ventajas líquidas de 39. 688 pts. a pesar de lo desfavorable de la época.

Hace notar las secciones de la Federación tan valiosas como la Panera sindical, la Caja central de ahorros y demás elementos de protección moral y material para los Agricultores, resaltando con la inconfundible elocuencia de números y hechos la cristiana y patriótica obra de la Federación.

El mismo señor hace la presentación de los oradores sucesivos, que fueron:

*M. I. Sr. D. Manuel Gutiérrez*, Canónigo de Osma y Director de la Acción Social Católica. Habló acerca de

la necesidad de la Sindicación, que solo se llena cumplidamente en el Sindicato Católico, federado y fortalecido con su agregación a la Confederación nacional, único remedio del malestar de la clase agraria.

*D. Enrique Arciniega*, Inspector de Higiene pecuaria, desarrolló el tema de la importancia de la ganadería y fundamentos de su mejora, como indispensable complemento de los cultivos agrícolas.

*D. Antonio Bastos*, Director de las minas de Fuente-toba, expuso la obligación de que las clases directoras se ocupen del problema agrario, más para ello es necesario que el pueblo se dignifique cívicamente, y se asocien para este mejoramiento agricultores y técnicos.

*D. Adalberto Alonso de Ilera*, Ingeniero del Ministerio de Fomento, ponderó la necesidad de los abonos, para cuya económica y segura adquisición es el Sindicato el medio más conveniente.

*El Ilmo. Sr. Obispo*, resumió los discursos e hizo resaltar el continuo interés de la Iglesia por las clases pobres, que en nuestra época tuvieron en el Papa León XIII su más decidido defensor, apartándoles también de las utopías socialistas.

A los Sacerdotes les señaló como complemento de su fin pastoral directo, el fomento de la Sindicación, expreso encargo de altas personalidades eclesiásticas y civiles.

A los agricultores les recordó que buscando primariamente su perfeccionamiento moral-religioso, Dios les dará por añadidura los bienes materiales necesarios.

Todos los oradores fueron muy aplaudidos y creemos que sus enseñanzas no cayeron en tierra estéril. ¡Que el Celestial agricultor las haga fructificar!

Durante su estancia en Soria, el Ilmo. Prelado fué objeto de respetuosas atenciones y obsequios por parte de los miembros representantes del Clero Colegial,

Sr. Gobernador Civil, Presidente de la Diputación, Alcalde interino y demás significadas personalidades.

Le acompañaron en su viaje, el M. I. Sr D. Juan Gómez, Deán, M. I. Sr. D. Manuel Gutierrez, Director de la Acción Social y el Capellán D. Angel F. de Viana.

---

## SOLEMNE INAUGURACIÓN

---

El domingo día 16 se celebró en el Salón de actos del Ayuntamiento de la Villa la inauguración oficial de la Caja de Ahorros y Préstamos de Soria.

De la capital vinieron los Sres. que componen la Junta directiva y administrativa de la Provincial, D. Felipe Las Heras, D. Blas Taracena e hijo, D. Basilio Jiménez, D. Sotero Llorente, D. Félix Sanchez-Malo, D. Luis Saenz y D. Daniel Gil.

El estrado presidencial fué ocupado por el Ilmo. Prelado, a quien rodeaban los referidos señores y comisiones civiles y eclesiásticas de la Villa.

El Sr. Taracena leyó una luminosa memoria, cuyas cifras son el mejor argumento del valor social de la Caja de Ahorros y Préstamos.

El Sr. Las Heras, presentó la Caja como poderoso factor de orden moral, por ser la previsión y el ahorro salvaguardia de la dignidad humana, especialmente para el agricultor: termina dando las gracias al Ilmo. Prelado y a los cooperadores de esta benéfica institución.

El Sr. Sanchez-Malo, Censor de la Económica Numantina, demuestra que la Caja de Ahorros puede rehabilitar al pobre como ciudadano.

D. Sotero Llorente, Presidente de la Diputación, se declara entusiasta cooperador de la Caja de Ahorros, cuya acción moralizadora describe olocuentemente.

El Ilmo. Prelado hizo un exacto resumen de tan elocuentes discursos, presentando además la virtud del ahorro como enseñada por el mismo Jesucristo, y recomendada en las Sagradas Escrituras.

El público que llenaba completamente el espacioso salón dió con sus aplausos repetidas pruebas de la persuación que le causaban los oradores.

# OBRA PIA DE LA PROPAGACION DE LA FE

## AUMENTO A LA COLECTA DE 1918.

Pesetas.

Donativo de D. Zacarías Múgica, Pbro..... 30 ,  
El Director Diocesano,  
**SINFORIANO DE LA CANTOLLA**

# ABOLICION DE LA ESCLAVITUD

(1918)

	Pesetas.
<i>Suma anterior.....</i>	<i>58 54</i>
Párroco y feligreses de El Espino.....	0 50
» » de Talveila.....	1 ,
» » de Coruña de Conde.....	9 50
» » de Tajahuerce .....	0 85
» » de Tejado. ....	1 ,
» » de Rioseco.....	2 50
<i>Suma y sigue.....</i>	<i>73 89</i>

# NECROLOGÍA

El día 17 de Febrero p. p. falleció D. Clemente Andrés Alonso, Ecónomo de Rollamienta, habiendo recibido los Santos Sacramentos.

Pertenecía a la Hermandad Diocesana de Sufragios del Clero, R. I. P. A.